



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten ist, was vom Monath Junio des Jahrs 1648. biß zu dem, im Jahr 1649. völlig erfolgten Schluß und Ende des Universal-Friedens-Congressus zu Oßnabrück und Münster, gehandelt und geschlossen worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1736**

**VD18 90103165**

§. III. Die Restitution des Graffen von Nassau-Saarbrück betreffend.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53029](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53029)

1648.

## §. III.

1648.

Januar.

Die Restitu-  
tion des  
Graffens von  
Nassau-  
Sarbrück  
betreffend.

Januar.

Wegen Restitution des Graffens zu Information sub N. I. auf dem Con-  
Nassau-Sarbrück, wurde nachstehende vent distribuiret.

## N. I.

*Brevissima quam fieri potuit Informatio de restitutione Dominis Comitibus Nassau-Sarapontanis facienda.*

1) Serenissimus Dominus Dux Lotharingæ in Comitatum Sarapontanum nullam unquam habuit actionem, ut nec ad fortalitium Homburg, verum & ille & hoc à Cæsarea Majestate ipsius Celsitudini concessa fuerunt, ac proinde indubiè sub Amnistiam & in Restitutionem Universalem veniunt.

2) Sarwerdanum quod concernit, Suâ Celsitudine de isto integro à Dominis prædecessoribus suis moram litem contra Dominos Comites profecutâ, in Camera Imperiali Sententiam obtinuit Anno 1629. 7. Julii definitivam, qua ipsi adjudicata tantum tria in hoc Comitatu comprehensa (consequenter territoriali ejusdem superioritati supposita) feuda Metensia, tanquam Masculina.

3) Hujus Sententiæ executionem Dominus Dux, lapso nondum decennio ab ista lata, via militari ipse fecit contra prohibitionem Imperatoris sub pena juris amittendi, in vulgarissima *L. Meminerint*, cum lege sequenti *Cod. Unde vi Sc.* & alia jura apud ICtos eminentissimos memoratu non necessaria.

4) Sed cum insuper nimium quantum eandem excessisset, præactum Comitatum totum, usurpato etiam titulo, & meliorem Comitatus Sarapontani Dynastiam, Vogteiam Herwizheim, occupando.

5) Camera Imperialis per Mandatum sine clausula approbatum, etiam duobus in monitoriis sive Epistolis Cæsareæ Majestatis ad Serenissimum Dominum Ducem, restitutionem omnium reliquorum sub pena 50. Marcarum auri, & cum cessaretur, partitionem peculiariter serio injunxit, Titulo ejus Comitatus Suxæ Celsitudini etiam nominatim interdicto.

6) Quod autem nec isti paritum sit Mandato, nec in hoc (ut alias de jure fieri debuisset, & tam de executione Sententiarum Ordinationis Camerae P. III. tit. 48. & 49. specialiter agentes, quam mox adducendæ aliæ sanctiones, atque observantia (A.) Imperii requirunt) una restitui jussa dicta tria feuda; id quidem & injuriæ tum temporum & calamitati bellicæ adscribere, & sua extremo cum detrimento & dolore in aliena potestate cernere coacti sunt Domini Comites.

A. De qua *Andreas Gayl.* etiam ante Constitutionem Anni 1600. testis est locupletissimus, quod nempe licet quandoque, et non obstante Revisione, executionem fieri concederetur, petitum id tamen consentientibus Dominorum Assessorum voris, plenoque Senatus Consulto denegatum sit. *Lib. de Arr. Cap. 12. n. 4.*

7) At cum Revisionem contra istam adjudicationem rectè & petitam & per Dominum Electorem Moguntinum Camerae Imperiali denunciata in-

1648.  
Januar.

terposuerint, illa autem suspendat executionem juxta d. Ord. Camerae Part. III. tit. 53. atque in primis Receptis. Deput. de Anno 1600. §. Als aber auch Streit vorgefallen x. 149. seqq. irrefragabiliter, etiam istorum feudorum possessionem, praefata militari executione & bellicorum temporum iniquitate Dominis Comitibus ablatam, pacis, benignitate divina reducis, aequitate, ipsis omnino redintegrari debere.

1648.  
Januar.

8) Usque dum Revisorium legitime terminetur, & de feudis hisce aliter judicetur, vel inter partes de istis ut & damnis Nassovicæ familiae illatis, poena commissa, & alias isti quaesito jure, amice res componatur. Quod Domini Comites, post omnimodam ipsis, ut par est, factam restitutionem non declinabunt, nec debitum saepius alte memoratae Suae Celsitudini ac praecellentissimae Domui respectum habere desinent.

9) Ideoque non repugnant, quin, si quae duriora verba in conceptu hujus §i. videantur, in iis temperamentum aliquod adhibeatur, modo res ipsa & Domini Comites suis Comitibus Sarwerdano & Sarapontano integris, cumque hoc Vogteia Herwizheim una cum illo, quamquam ad hunc à pluribus seculis spectaret, nec unquam in litem vocata esset, Anno 1629. occupata, itemque fortalitio Homburg non destituti diutius maneant, tum sicuti Domino Duci per supra tactam sententiam adjudicatorum ratione, actiones & jura, ita non minus sua Comitibus (damnorum datorum, poenae commissae & alias quaesiti juris) itemque exceptiones & beneficia omnia coram competente Judice proponenda, reserventur, atque sic ambae partes, velut ipsum fas & aequum postulat, pari jure & favore gaudeant.

10) Quod autem indefinite additur ad hunc §. litem adhuc de his in Camera agitari, comprehendi non potest, quomodo post definitivam sententiam, in eadem causa apud eundem Judicem semel officio suo defunctum lis superesse dici queat: Quod enim Domini Comites, cum dicto Mandato pareri nollet, necesse habuerunt arctiores processus insequi, id huc non pertinet, & ad restitutionem possessionis (B.) quae Amnistiae virtute universalis factenda venit, impediendam, adeo rem litigiosam efficere non valet, ut potius tanto magis maturare de jure & aequitate debeat.

B. Dominus Gail Lib. I. Obj. 113. n. 5. Omnia juris proprii asserendi necessitate, sine cujusquam injuria aut offensione dicta sunt & intelliguntur.

In Sched. peculiari.

Comitibus Nassau-Sarapontanis restituantur omnes eorum Comitatus, Dynastia, Territoria, homines & bona Ecclesiastica & Secularia, feudalia & allodialia &c. nominatim vero ambo Comitatus Sarapontanus & Sarwerdanus, integri, cum omni causa, ut & fortalitium Homburg, cum tormentis bellicis mobilibusque ibi repertis.

Salvis utrinque respectivè, tam ratione Anno 1629. 7. Julii per Sententiam adjudicatorum in Revisorio, quam aliis, etiam de illatis damnis competentibus Juribus, Actionibus, Exceptionibus & Beneficiis juxta leges Imperii determinandis: nisi partes potius ament amica transactione rem componi.

§. IV.